



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 2. Quis honor Parentibus debeatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](#)

nore inuicem prauenientes. 14. Si omnibus,  
quippe ni & Deo? Cui nullus amicus est in  
honore anteponendus: Deus unus, amici  
plures. Et si ad comparationem venitur:  
Regi saeculorum immortali, inuisibili, soli Deo <sup>1. Tim. 18</sup>  
honor, & gloria in secula saeculorum. Amen. <sup>17,</sup>

S. II.

*Quis honor parentibus debeatur?*

1. Parentes honoramus amando; reue-  
rentiam internam & externam exhibendo;  
obediendo; iuuando & subueniendo. Pa- <sup>Egnat.</sup>  
trem amauit Cardinalis Grimanus, quem <sup>lib. 5.c. 4</sup>  
Egnatius refert, pro patre Antonio carceri  
se se obtulisse. Patri honorem & reueren-  
tiam internam externamque exhibuit Ale- <sup>Fulgos.</sup>  
xius Isaaci Imper. Constantinop. filius: is <sup>lib. 5.c. 4</sup>  
enim patrem à fratre Imperio oculisque or-  
batum in regnum armis restituit; & quam-  
quam omnes eum Imperatorem salutarent,  
ipsum tamen hoc nomen cum Imperio in-  
patrem resignauit. Patri obediuit Christus  
*factus obediens usque ad mortem*, cui & di- <sup>Phil. 2. 8</sup>  
xit: *non mea voluntas, sed tua fiat.* Quin & <sup>Luc. 22.</sup>  
Mariæ matri, &, Iosepho putatitio patri <sup>42.</sup>  
obediebat, quando descendit *cum eis*, & venit <sup>Luc. 2. 51</sup>  
Nazareth: & erat subditus illis. Patrem iu- <sup>Plin. lib.</sup>  
nit, eiique subuenit humilis in plebe, & ideo <sup>7, cap. 36</sup>

H

*igneobilis*

ignobilis puerpera, quæ supplicij causa carcina inclusam matrem, cum impetrasset aditum, ianitore, semper excussa, ne quid inferret cibi deprehensa est uberibus suis alens: quo miraculo matri donata salus filia pietate est, ambaeque perpetnis alimentis: Et locus ille deae Pietati consagratus est, templo Pietati extructo, in illius car-

**Val. Max.** ceris sede, ubi nunc Marcelli theatrum est. Idem lib. 5, fecit filia Cimonis ducis; haec enim Cimo-

nem consimili fortune effectum, parique custodia traditum, iam vero senectute, velut in fantem pectori suo admotum aluit, teste Vale-

**Fulges. s** rario. Plus fecit homo Toletanus, cuius aurarius faber à Petro primo rege Castilionis, ob falsas suspicitiones, ad mortem damnatus erat, tum enim aurus amore in patrem singulari, lachrymis, precibusque agere non destitit, ut, seruato patre, ipse pro eo occideretur. Quod afflicitus, vitamque amittens, vitam dedit patri à quo acceperat: innocens occisus pro innocentia. Videant hic filii & filiae, qui paternas cantiones haud canunt, sed parentes disciplinæ amantes odio prosequuntur; rident, irrident, despiciunt; neque eis obsequuntur; aut succurrunt, sed eis per furtam pecuniam, per detractiones bonum nomen, sape etiam perver-

nena

nena & aperta parricidia vitam subducunt;  
videant, inquam, quām vita ipsi indigni  
sint; quamq; longè à Dñi præcepto rece-  
dant, statim enim post D E V M iubentur  
colere parentes, ob similitudinē, quam ha-  
bent cum Deo, vt D. Thomas docet, ab illis S. Thom.  
enim accipiunt vitam, escam, doctrinam, opusc. 7<sup>o</sup>  
fidem. Quia igitur vita est à parentibus, si-  
c ut feudum à principibus; si fideles sunt,  
eius conseruationem, si infideles eius priua-  
tionem merentur. Vel ciconias imitemur,  
quæ parentes, cùm senuerunt, plumis suis  
fouent, humeris gestant; escis nutriunt, vt  
D. Ambrosius monet. Vno verbo, ita filios  
constitutos esse oportet, vt nomen antè no-  
rum, quām parentis nostri obliuiscamur.

§. III.

Laconis, Elisei, & Theodosij de obseruantia er-  
ga Magistros indicium.

2. Parentibus præceptores assimilat  
Philosophus, quibus itidem par reddere  
non possumus; ita enim ait: *Magistris, dijs,* Aristot.  
*& parentibus non potest redi aquivalens*, vbi lib. 9.  
parentibus magistros præponit, quia ab illis Ethic,  
vitam, ab ipsis bonam vitam habemus: &, Cic.lib. 3.  
vt Cicero ait: *Iidem erant antiquitus viuendi præceptores atque dicendi.* Hinc, vt idem de orat,

H 2

alio